

*54. Instrumentum assignationis dotis
da parte di Margherita de Madio in
favore di Sandrullo Curiale de Cilento*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*54. Instrumentum assignationis dotis
da parte di Margherita de Madio in
favore di Sandrullo Curiale de Cilento*

1354-08-31

(c. 50v) Anno Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo quarto, regnantibus serenissimis dominis domino nostro Ludovico et <domina> nostra Ioanna Dei gratia Hierusalem et Sicilie rege et regina, ducatus Apule# et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comitibus, regnorum vero predicti domini regis anno septimo et predictae domine regine anno duodecimo feliciter amen, die ultimo mensis augusti, settime indictionis, apud civitatem Potentie.

Nos Nicolaus notarii Andre# annalis iudex ipsius civitatis Potentie, Angelus de Gaudiano de eadem civitate puplicus ubilibet per regnum Sicilie regia <et reginali> autoritate notarius et subscripti testes ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto puplico notumfacimus et testamur atque fatemur quod dum predicto die nobis presentibus, videntibus et audientibus, matrimonium contraheretur et celebraretur coram facie ecclesie per verba legitima de presenti, sacerdotali benedictione interveniente et aliis sollempnitatibus observatis, que in contrahendis matrimoniis requiruntur a iure, inter nobilem virum Sandrillum Canalem de Cilento, ex parte una, et nobilem mulierem Margaritam de Madio, filiam quondam domini Angeli de Madio de predicta civitate Potentie, ex parte altera; prefata Margarita, contemplatione matrimonii supradicti, dedit, traddidit et assignavit eidem Sandrullo viro suo presenti, stipulanti et recipienti in dotem, dotis nomine et pro dote, cum patris et conditionibus infrascriptis, pecuniam et bona stabilia subdistintas, videlicet: in carlenis argenti, // (c. 51r) sexaginta per unciam computatis, uncias triginta ponderis generalis, quas quidem uncias triginta dittus Sandrullus eodem predicto die, nobis presentibus, fuit

confessus et contentus se recepisse et integraliter habuisse ac sibi solutas, numeratas et tradiditas fuisse a Margarita preditta; <item> subscripta bona stabilia sistentia in dicta civitate Potentie <et eius territorio>, subscriptis locis et finibus designatas, ut dixit, videlicet: domum unam in qua habitat Robertus Laborator de Potentia, sitam in parrochia Santi Gerardi, iuxta domos quondam Ricc(ard)i de Roto, iuxta domum diaconi Martini de notario Andrea, viam puplicam et alios fines; item domum aliam in qua habitat magister Antonius barberius, sitam in eadem parrochia Santi Gerardi, iuxta domos domini Guilli de Ponsiato, iuxta vias puplicas et alios fines; item vineam unam sitam in contrata Podii de Episcopo, iuxta vineam heredum quondam Robertelli de Lacupensuli, iuxta vineam Roberti domini Provincialis et alios fines; item ortum unum situm suttus menia ditte civitatis Potentie, iuxta ortum donni Duranti Melli, iuxta ortum ecclesie Santi Teti et alios fines; item petiam unam terre sitam in contrata fluminis Tere, iuxta terras heredum quondam Robertelli de Lacupensuli et alios fines; item terras alias sitas in eadem contrata Tere, citra dictum flumen Tere supra a quodam aquali, iuxta terras ecclesie Santi Girardi, iuxta terras monasterii Santi Lazari, iuxta vallonem de Gazis et alios fines; item petiam aliam terre sitam in eadem // (c. 51v) contrata Tere, citra flumen Tere preditte, iuxta gerilia Santi Laczari, iuxta predictum flumen Tere et alios fines; item terras alias sitas in eadem contrata Tere a supraditto aquali infra, iuxta terras abbatis de Martii de Lacupensili, cantoris Potentini, que fuerunt quondam Manfredi de Calvello, iuxta terras preditti monasterii Santi Laczari, iuxta aliam terram a supraditto aquali et alios fines; item partem unius alie petie terre quam habet

pro indiviso cum hered(e) quondam domini Angeli de Madio, sitam in ditta contrata Tere, ultra dittum flumen Tere, suis finibus limitatum <sic>; item petiam aliam terre sitam in contrata Capuani, iuxta terras eiusdem monasterii Santi Laczari, iuxta terras iudicis Nicolai de sire Pascali et alios fines; item petiam aliam terre sitam in contrata Margine, iuxta terras Riccardi de David et alios fines; item petiam terre sitam in contrata Russi, iuxta terras heredum quondam Barione de Madio, iuxta terras ecclesie Sante Marie de Santo Sepulcro de casali Potentie et alios fines; item peciamm aliam terre in contrata Matine de Rivisco, iuxta terras ecclesie Santi Gerardi, iuxta terras heredum quondam domini Angeli de Madio et alios fines; item aliam petiam terre sitam in eadem contrata Matine de Rivisco, iuxta terras diaconi Martini de notario Andrea, iuxta terras Tomasii Conti // (c. 52r) et alios fines; item petiam aliam terre sitam in eadem contrata Matine de Rivisco, iuxta terras Gabrielis de Grando, iuxta terras Iacobini ditti Zupparrio et alios fines. Extimata omnia preditta bona stabilia concorditer inter eosdem coniuges pro unciis septuaginta novem in carlenis argenti, sexaginta per unciam computatis, ita quod existimatio ipsa non faciat pretium emptionis. Que quidem omnia supraditta bona stabilia dittus Sandrullus similiter, eodem predicto die, nobis presentibus, fuit confessus et contentus se recepissee et habuisse a preditta Margarita uxore sua, dante et assignante sibi in dotem similiter dotis nomine et pro dote; renuntians dittus Sandrullus exceptioni dote <sic> caute, non numerate pecunie seu assignate dotis, non ponderati et eletti argenti, exceptioni doli mali, metus et in fattum, attioni et omni alii iuris et legum auxilio per quod posset ditta confessio retrattari; patta vero et conditiones

preditte sunt hec, videlicet: quod si contingerit predittam Margaritam eidem Sandrullo viro suo premori, liberis comunibus non relittis, quod medietas dittarum unciarum triginta et bonorum stabiliū predittorum revertantur ad proximiores ditte Margarite, reliqua vero medietas ipsius pecunie et bonorum stabiliū predittorum penes eundem Sandrillum debeant remanere; item si contingerit dittum Sandrillum premori eidem Margarite uxori sue, similiter liberis comunibus non relittis, quod dicta Margarita debeat capere, percipere et // (c. 52v) habere in bonis, de bonis et ex bonis ipsius Sandrulli predittas uncias triginta in eisdem carlenis computandis ut supra, nec non et bona stabilia supraditta. Insuper ditte Margarita lucrifaciat in bonis ipsius Sandrulli in dotarium propter nuptias atque dotario uncias quinquaginta quatuor et tarenos quindecim in eisdem carlenis computandis, ut supra, et ponderis supraditti, quas uncias quinquaginta quatuor et tarenos quindecim pro preditto suo dotario, una cum predittis unciis triginta de bonis ipsius Sandrulli, ditte Margarita libere possit et debeat capere, percipere et habere. Quod dotarium fuit per predittam Margaritam, iure Romano viventem, sicut ceteri homines et mulieres de prefata civitate Potentie ab antiquo vixerunt et vivunt, ab eodem Sandrulli viro suo sollempniter et legitime stipulatum; promisitque dittus Sandrullus ac se suosque heredes sollempniter obligavit, preditte Margaritam uxori sue stipulanti ipsas promissiones et obligationes pro se et suis heredibus, quod si casus acciderit dissolutionis dicti matrimonii, restituere, resignare ac etiam solvere predittas dotes cum dotario memorato Margarite preditte; pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis, predittus Sandrullus obligavit

eidem Margarite omnia eius bona mobilia et stabilia ubicumque sistentia, habita et habenda, atto etiam et expresse conventumr inter coniuges predittos // (c. 53 r) quod pro restituendis, ut premittitur, predittis unciis triginta eidem Margarite in casu preditto, supradittus Sandrullus penes eandem Margaritam stipulantem et recipientem fideiubssores posuit infrascritos nobiles viros, videlicet: dominum Robertum Curialem fratrem suum; Masullum Tabanum de Cilento et Thomasium de Fornariis, ibidem presentes et pro predittis unciis triginta restituendis sponte fideiubentes quilibet ipsorum insolidum <et ad quem melius> ditta Margarita seu alius pro eadem voluerit se tenere. Qui fideiubssores et eorum singuli, prius ratificationet prehabita, renuntiaverunt legi secunde, epistole divatriani autentice de duobus et iuri de primo et principali conveniendo pro fideiussoribus introducto <sic>, obligaverunt se heredes bona omnia mobilia et stabilia habita vel habenda, pignorandas fore per bona eorum pignora sine decreto iudicis et autoritate pretoris, donec preditta uncia triginta eidem Margarite penitus exolvantur, reficere quam et resarcire omnia danna, expensas, incomoda et interesse si quas predittam Margaritam contingerit incurrere pro recuperandis et recolligendis unciis triginta predittis; de quibus expensis, dannis, incomodis et interesse prefati fideiubssores ex nunc prout ex tunc stare voluerunt ditto simplici et verbo Margarite predicte et heredum suorum vel alterius pro eisdem, absque alia aliqua probatione, sacramenti delatione et iudicis taxatione propterea requirendis. Insuper voluerunt et mandaverunt prefatus Sandrullus et preditti eius fideiubssores quod si // (c. 53v) aliqua iuris sollempnitas in presenti instrumento deficeret, tacite intelligantur in eo et refici possit et

valeat semel et pluries assensum sapientis eligendi per predittam Margaritam vel eius heredes, predittis Sandrullus et eius fideiubssoribus sive suis heredibus propterea minime requirendis, veritatis substantia non mutata. In cuius rei testimonium et ditte Margaritam, heredum seu successorum suorum cautelam fattum est de premissis per manus mei preditti notarii presens puplicum instrumentum, solito meo signo signatum et mei qui supra iudicis et subscriptorum testium subscriptionibus roboratum.

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

A Curialem

A Guillelmi de Ponciaco

A Ger(ardi)

A ayrilia

A Demetrii

A Capuane

A Rivissi

A Gratiano

A Ziopparri

A Cabanum

11

12

13

14

Quod scripsi ego idem Angelus de Gaudio ut
supra puplicus notarius qui predictis rogatus interfui
et meo solito signo signavi. (SN) Ego Nicolaus de
notario Andrea iudex civitatis Potentie qui supra
Ego Matteus de Stampis, miles, comestabulo civitatis
Potentie comestabulus interfui Ego abas Franciscus de
Madio archipresbiter Potentie interfui «Ego Galasius
de Stampis testis sum» Ego Angelus de notario Andrea
interfui Ego Antonius de Balba testis interfui Ego
Bisantius de Leone testis interfui Ego subdiaconus
Nicolaus de Inganulo testis sum

A Sancimus

A divi Adriani

A quoque

A ad sensum